

sa. *Expositio: Apokalipsis iesu christi quam dedit illi deus. &c. Liber iste prima sua diuisione diuiditur in tres &c. Prologus secundus commentarius est in Gilberti Prologum in Apoc. quem uti et Haymonem et victorinum praeter antiquiores multum sequitur in exponendo Noster. C. XIII. v. ult. comparent Antemos et Dichux, ut in Milionensi, nihil tamen de Hebraeo. Finis est: Amen. Hic Jo. optat 7. ecclesiis et per consequens omnibus fidelibus pacem christi et gratiam, quam concedere et prestare dignetur, qui sine fine &c. Subscriptionem imperfectam destituit Librarius: Lectura super appok. per manus rinch vel ruith et — —. Cum Lecturam dicat, exiguam in Autoris nomine iacturam facimus.*

CXXIV. VIII. D. 10

²⁷¹ Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 145. f. currente calamo per duas columnas descriptus exhibet: I. prolixum Commentarium in Apocalypsin S. Johannis, cujus initium: *Apokalypsis iesu christi. Omnipotens Deus suam sponsam videlicet sanctam et immaculatam ecclesiam volens more pij patris de nouissimis periculis instruere &c. Fol. 99. ad v. ult. C. XIII. per Bestiam autor Antichristum intelligit, numerumque 666. tribus linguis ita ei applicat. Apud Graecos Antichristum ait dici Antemos id est contrarium Christo, apud Latinos Dichux, quia ipse dicet se lucem mundi*

Hebraicum vocabulum corruptum habet, et solem, interpretatur, quia Antichristus dicit se esse solem iustitiae. Quodsi fortasse chaldaicum ܫܠܫܘܢ scribe voluerit, assertum suum certe evicit, ut subputanti patebit. Sed cui non in mentem illud Ciceronis veniat: *Ratio quidem hercle adparet, argentum orgetur.* Ad calcem legitur: *Explicit pustilla super Apokalipsim finita in die sancti henrici prage anno domini M° CCCCXI° per manus Andree.* Ne ad virum doctum Andream de Broda Theologum Pragensem subito referrem, vox pustilla absterruit. Lectionibus tamen Academicis scriptum hunc Commentarium vix dubitem.

II. fol. 140. p. 2. *Incipit tractatus mansionum XLII. secundum beatum Jeronimum. Initium: In septuagesimo septimo ps. ex persona domini dictum credimus &c. Deficit cum Mansione XVIII. et extat integer T. I. Opp. Hier. edit. Vallars. col. 463. titulo Epistolae LXXVIII. ad Fabiolam.*

Codici adtexta est Membrana continens Testamentum Marefs seu Marci braseatoris ciuis noue ciuitatis Pragensis volentis ad beatam Mariam virginem in aquis granum causa devocionis visitare, eligentis prudentes ac circumspectos viros Johannem hoffman pro tunc consulem et Chotkonem de Broda de communitate ciues noue ciuitatis Pragen. in commissarios tutores disbrigatores et defensores ejus et roborantis illud figillis prudentum virorum Johannis dicti Oczafs iudicis

*cis Horyne et V — — nificis con-
sulum iuratorum. Datum Prage
sabbato ante Penthecosten Anno
Domini Millesimo Trecentesimo
nonagesimo Secundo. Elegans ma-
nus.*

CXXV.

VII E. 7

325 Codex membraneus lat. Sec.
XIII. ineuntis. Folior. 259. fi. ni-
tide, licet a diversis manibus,
exaratus, rubricisque passim no-
tisque marginum distinctus exhi-
bet Paraphrasin metricam Libro-

Nil homini melius quam si diuina legendo

Figat ibi uitam quo sibi uita uenit &c.

Finit: Lectio iugis alit uirtutes. lucida reddit

Intima. declinat noxia. uana fugat.

*Petri ipsius hic foetus, an Aegi-
dii Parisiensis ejus συγγεγραμ-
matis interpolatoris, ignoro. Mox: In-
cipit prologus in libro floridi aspec-
tus. Sodalium meorum peticio cum
quibus conuersando florem infantie
exegi. ut librum pentateucum moy-
si. stilo metrico depingerem. et in-
de aliquas allegorias elicerem in-
stanter persuasit. — Neque enim
fas erat offendere. illos cum quibus
in scholis ab infantia. conuersatus
sum. cum quibus libros grammatice
percurri. ciceronis flores aureos le-
gi et elegi. laborintum aristotilis
aliquantulum inspexi. sed non peni-
tus introiui. — Porro uisum est et
mibi huic libro iuxta operis teno-
rem hoc nomen congruenter impo-*

*rum S. Scripturae, quam Autor
Petrus de Riga Can. et Cantor
Rhemensis, qui a. 1209. uivis
excessit, Auroram inscripsit. Agit
de ea diligenter Polyc. Leyserus
in Hist. Poet. et Poem. med. aevi
a p. 592. ex Mss. Helmeftad. et
Guelpherbyt. quorum, si lubue-
rit, recensum nostrum conferet
Lector. Ordinem Librorum,
quoad fieri poterit, sequemur,
quem Tritemius in Scriptt. Eccl.
n. 388. adsignat. Inuium facit
Prooemii instar Carmen nemini
memoratum 10. Distichor. ita:*

*nere. Aurora. — quod sicut an-
gelus teste hystoria quam percurro
post luctam nocturnam laetus est
ad iacob. dimitte me aurora est.
sic et ego post luctam et laborem.
quem in hoc opere exercui. quo-
dammodo librum meum. eisdem uer-
bis allocutus sum dicens. dimitte
me aurora est. Quasi dicitur. fi-
nem huic impono operi. quia figu-
ras et umbras hystorie explicui. et
ueritatis fulgor patenter illuxit.
Sat ingeniose! Verum non in so-
lo Pentateucho stitisse Petrum,
Codex docet. Sequitur Carmen
hexametrum, quod in margine
Aliud proemium. Inuocatio. et
Narratio dicitur, versuum 56.
hoc initio:*

Auctoris mendico stilum. falerasque poeta.

Ne mea segnitie clio deiecta senescat.

Ne jaceat calamus. scabra rubigine torpens &c.